vitæ eius inscribit et advitalicat videlicet quod prædictam conthoralem
suam post fata mariti eiusdem recognoscentis in eisdem bonis morte
eius derelictis perturbare non debeant se et suos successores in onerat
submittitque se eundem cum suis successoribus ab omnibus impedimentis qua
rumvis personarum tueri et defendere. Et coram officio Castren. Bracl.
peremptoria responsione omnibus universisque exceptionibus allegationibus
motionibus apellationibus ac earum prosequutionibus se et suos successores ubi ab
scribendo et abrenonciando personali sua recognitione mediante.

Zaremba — obligatio

Coram officio et actis præsentibus Castren. Capitan. Braclaviensibus personaliter compa
rens Nobilis Laurentius olim Jacobi Szczepietowski de Szczepietowo
Zaki hæres sanus mente et corpore existens palam ac libere recogno
vit, quia Nobili Joanni olim Stanislai Zaremba et eius posteris bono
rum suorum immobilium in bonis Szczepietowo Zaki sitorum in campo
tres sulcos hyemmales a strata Wysocensi ad granicies plebanales
inter mettas Nicolai et Adami Szczepietowskich iacentes cum omnibus
eorundem sulcorum utilitatibus nullis exceptis in quinque sexagenis
polonicalibus ad exemptionem obligavit, cui iam exnunc intromissionem
realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et Nobiles duos officio
acceptos dat et admittit submittitque se eundem tenutarium suum et
eius successores occasione præmissorum ab omni impedimento iuridico om
nium et singularum personarum tueri defendere solvereque per se et per sub
missas personas non inquietare sub vadio similis summæ. Et coram
officio præsenti Castren. Braclaviensi peremptoria responsione omnibus
universisque exceptionibus allegationibus motionibus apellationibus evasionibus aliisque
in universum iuris remedijs se et suos successores ubi abscribendo
et abrenonciando hac sua personali recognitione mediante.

Spata — quietatio

Coram officio et actis præsentibus Castren. Capitan. Braclaviensibus personaliter
comparens Nobilis Albertus olim Martini Sienkowski sanus mente
et corpore existens palam recognovit, quia Nobilem Jacobum olim
Mathiæ Spata de persolutione summæ viginti florenorum po
lonicalium coram actis Terrestribus Braclaviensibus inscriptæ ob
sufficientem satisfactionem et summæ præfatæ integram exolutio
nem quietat emittit et inscriptionem cassat perpetuo.

Doplawski — cessio

Coram officio et actis præsentibus Castren. Capitan. Braclaviensibus
personaliter comparens Nobilis Gregorius olim Pauli Wigonow
ski de Trutki hæres nomine suo et Nobilis Dorotheæ Doplawska
consortis suæ, a qua pacem cavet, sanus mente et corpore existens
palam recognovit, quia Nobili Bartholomeo olim Erasmi
Doplawski et eius posteris de omni et integro iure suo seu

inscriptione

3822

inscriptione certa sibi recognoscen͠d et coniugi eius per olim Nobil͠e
Erasmum quondam Floriani filium Lechowzei Koplawski super bo
nis Koplany in sorte hereditaria modo donatorio Coram actis
Castren͠s Bransceń feria Quinta post festum sanctæ Margare
thæ Virginis et Martyris Millesimo sexcentesimo Quadrage
simo Tertio inscriptæ et recognitæ Cum omnimodo potestate
eiusmodi inscriptionis Usus ac pradicta intromissione possessione
tuicione evictione ac fulcamentis omnibus in originali inscriptione
contentis cedit et condescendit Intromissionem illi eamque
per Nobilem et Nobil͠es duos officiosé acceptam admittendo.

Kiersnowski kresa Debitum

Coram officio et actis præsentibus Castren͠s Capitan͠s Bransceń
personaliter comparens Nobilis Bartholomeus filius Nobilis
Alexandri Kiersnowski sanus mente et corpore existens palam ac
libere recognovit Quia Nobili Alberto Kiersnowski fratri
suo germano et eius successoribus tenetur estque debitus certi veri
et liquidi debiti mutuatæque pecuniæ summam Triginta florenorum
polonicorum Quamquidem summam idem recognoscen͠s submisit
ac inscripsit se eidem creditori suo vel eius successoribus hinc et
ab actu præsenti pro dominica Conductus Paschæ proxime
futura sub vadio simili aliorum Triginta florenorum polonicorum
solvere aut circa acta officii præsentis reponere et relin
quere repositamque sursus iudicio non recipere nec modo
quovis arrestare aut effidei iubere Et Coram præsenti
Castren͠s Bransceń indefacte non solutionis perempto
ria responsione omnibus controversiis ac et illos successores
uti abscribendo et abrenonciando

Ecclesiæ Dabrowien Donatio

Coram officio et actis præsentibus Castren͠s Capitan͠s Bransceń personaliter comparens
Nobilis Zophia filia olim Joannis Kikolski re[illegible] consors olim Nobilis
Jacobi Pulaski primarum nuptiarum secundarum autem olim Nobilis Alber
ti Wosno Zygmuncik sana mente et corpore existens palam recognovit
Quia ipsa inhærendo voluntati et devotæ intentioni olim Nobilis Sta
nislai Pulaski filii sui ex priori connubio recognoscen͠d cum olim Nobili
Jacobo Pulaski progeniti qua idem Nobili Stanislaus Pulaski salu
bri sanitate existens recognoscen͠d uti matris suæ consilio et suffici
enti notitia assequuta necnon et vicinorum suorum notitia factam
Laudem omnipotentis dei et incrementum gloriæ omnipoten͠ in Eccle
sia Dambrowien͠ Parochiæ suæ augere cupiens bona sua omnia
mobilia et immobilia in hæreditate Pulawie sita tum et ubicunque
consisten͠d et morte eius derelicta tam in vestimentis equis pecoribus
pecudibus apparatu bellico et universa substantia quaeque ex

sentiis